UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Regula Secunda Tituli de postest. sæculari. Clerici in caussa civili etiam volentes de Jure non possunt coram Judice sæculari conveniri contraria consuetudine non obstante.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63069

Visual Library

12 Fallit in caſu violationis ſalvagardiæ.
13 Fallit in portu armorum.
14 Fallit cum per Clericos fit offenſa regiis officiariis officiando.
15 Fallit ubi Clerici volunt uſurpare juriſdictionem regiam.
16 Fallit in Clerico artifice in artificio delinquente.
17 Fallit in Clerico aſſumente officia, & adminiſtratione Laicorum, ſi in illis delinquit.
18 Fallit in Clerico aſſaſſino.
19 Fallit in Clerico qui diu ſe immiſcuit ſævis & enormibus, habitu & tonſura relictis, qui in delicto depræhenditur.
20 Fallit in apoſtata, qui relinquit ordinem Clericalem & habitum, & deprehenditur in crimine.

Idem in Clerico in minoribus conſtituto, qui effectus miles exercet arma.

21 Fallit in Clerico arma militaria deferentem, qui ſi tertiò monitus à ſuo prælato non deſtitit.

REGULA SECUNDA TITULI *de poteſt. ſæculari.*

Clerici in cauſſa civili etiam volentes de Jure non poſſunt coram Judice ſæculari conveniri contraria conſuetudine non obſtante.

Fallentiæ 33.

Primo fallit in cauſa civili feudali.

2.

2. Fallit in Epiſcopo, vel Clerico habente juriſdictionem temporalem jure feudi.
3. Fallit in cauſa reconventionis.
Iſta fallen. limitatur quinque modis.
4. Fallit in actione reali.
5. Quando Clericus, qui vendidit Laico inquietato, vocatur pro evictione, vel guarentia.
6. Fallit ubi Clericus efficitur hæres Laici jam convenitur coram ſeculari.
7. Ubi pater Laicus vult emancipare filium Clericum.
8. Fallit in inſinuatione fienda de donatione excedente, facta per Laicum.
9. Fallit ubi ſtatuto caveretur, quod non valerent legata niſi inſinuatione teſtamenti facta coram ſeculari, tali & contingeret Clericum inſtitui in teſtamento in quo legata eſſent relicta Laicis.
10 Fallit in Clerico ſe opponente in executione ſententiæ latæ inter Laicos coram ſeculari.
11 Fallit ubi Laicus hæres vult facere publicationem teſtamenti, & Clericus dicit ſe ſucceſſurum.
12 Fallit, ubi Laicus hæres faceret inventarium hæreditatis coram ſeculari, vocatis creditoribus & legatariis, & Clericus eſſet creditor vel legatarius.
13 Fallit in Clerico qui ſucceſſit prædoni in fraudem juris.
14 In Clerico apud quem ex ordinatione judicis ſecularis factum fuit depoſitum.
15 Fallit in judiciis duplicibus.

16 Fallit ubi convenienda eſſet univerſitas Clericorum & Laicorum, & major pars eſſet Laicorum.
17 Fallit ubi Laicus & Clericus compromiſerunt in Laicum, à laudo cujus fuit appellatum.
18 Fallit quando Clericus eſt obligatus ſcædula manu ſua vel ſigillo ſuo corroborata.
19 Fallit cum Laicus obligatus Clerico prætendit obligationem factam ſine cauſa, vel debitum ſolutum.
20 Fallit quando Clericus ſe obligat, & vult compelli curias temporales & rigores ſigillorum regiorum cum hypothecatione bonorum ſuorum.
21 Ubi per Epiſcopum cauſæ pecuniariæ Clericorum, vel aliæ civiles eſſent alicui Laico delegatæ.
22 Fallit ubi Clericus in cauſa appellationis per eum factæ ad Laicum condemnatur per Laicum in expen.
23 Fallit ubi Clericus communi opinione habetur pro Laico, vel ubi dubitatur an ſit Clericus.
24 Fallit in poſſeſſoriis beneficiorum, vel aliarum rerum, aut jurium Eccleſiaſticorum.
25 Fallit in cauſis etiam proprietatis beneficiorum in regula vacantium, aut aliorum, quorum collatio pertinet ad Regem.
26 Fallit cum agitur de reparatione Eccleſiarum.

27 Fal. in cenſibus & tributis.
28 Fallit in datione tutelæ.
29 Fallit in Clerico minore cui dandus eſt curator.
30 In regno Franciæ propter notorium abuſum,
31 Fallit in regno, quando fit aliquid contra pragmaticam ſanctionem.
32 Fallit in Clerico negociatore:
33 In Clerico patiente ſe condemnari à ſeculari, & poſtea in executione allegat privilegium.

Ampliationes 6. Primæ & ſecundæ Regulæ.

1 Extende primam & ſecundam regulas etiam ad concubinas quæ forum Clericorum ſequuntur.
2 Ad uxores Clericorum conjugatorum portantium habitum & tonſuram.
3 Ad familiam Clericorum.
4 Ad heremitas.
5 Ad rectores hoſpitalium auctoritate Epiſcopi ædificatorum.
6 Ad fratres tertij ordinis videlicet beguinos.

QUÆSTIO.

An in caſibus præmiſſis, in quibus Clerici coguntur litigare coram ſæculari judice, Clerici in illis caſibus ligentur ſtatuto, ſtylo, aut conſuetudine fori ſæcularis. num. 40